

* Albus color, sive Albedo.

LÆTITIÆ & SPLENDORIS NOTA.

CHRISTO in cælum ascendente, intuentibus cum Apo-

stolis, ecce duo viri adstiterunt in vestibus albis, quos-

visus Angelos nemo interpretum ambigit. Act. c. 1.

CHRISTO ipso in monte transfigurato, apparuerunt vesti-

menta ejus instar nivis candida. Matt. 17. Luca 9.

Mulieribus ad monumentum properantibus, apparuit

Angelus Domini: cuius aspectus erat sicut fulgur, vestimen-

ta autem ejus alba sicut nix. Matt. cap. 28.

Apud Romanos qui magistratum ambiabant, Candidati

vocabantur. Et milites albai Imperatorem triumphantem

deducebant.

Daniel Antiquum dierum scribit se vidisse candido vesti-

mento sicut nix, cap. 7.

Indas Machabeus vidit etiam equitem præcedentem exer-

citum in veste candida. Quem Angelum fuisse, victoriæ

signum præferentem, pro comperio est, lib. 2. Mach. c. 11.

In Apocalypsi promittuntur victoribus vestimenta candi-

da, & inter ceteros præmiorum Dei, dantur foliæ albe,

id est, gloria essentialis, dealbatæ in sanguine agni, id est,

in meritis Christi, cap. 7.

Denique Christus ipse cap. 6. Apoc. sedet super equum al-

bum, habens arcum & crotalum.

DEUM verò albio colore vel maxime delectari, Perfatum

Magi asserant, teste Plerio in Hieroglyphicis.

* U S U S V A R I U S .

Putat, Albarum vestium.

IN REBUS DIVINIS, & SACRIS.

Jam olim vestium Ecclesiasticarum, quarum in sacris my-

steriosis est usus, apparatus albi coloris fuisse constat, adeoque

ad Dei cultum albi coloris indumenta adhibita, omnium

penè gentium consensu innotebat; unde Virg. lib. 12. Æn.

Puraque in veste Sacerdos.

Cicero: Album colorem Deo maxime decorum existi-

mo, quòd is puritatem ingeneret; censuit, lib. 2. de leg.

Apertis manibus, ascensaque rate per Mœnum Agrippinam

Coloniâ venit, ibique liberalibus studiis & Theologiæ ali-

quandiu vacavit. Sodalitas literaria Rhenana in ejus vita.

CONJUGII NEGLECTUS.

BRACHMANES cum uxoris non philofophantur, ne, si

improbæ sint, aliquid quod efferni nefas sit, in profanos ef-

ferant: si probæ, ne viros relinquunt. Nam qui voluptatem

ac dolorem, vitam ac mortem æquè contemnit, subditus

esse non patitur. Strabo lib. 15.

LIBERORUM NEGLECTUS.

ALEXANDER Magnus everfis Thebis amicos suos præci-

prios in consilium vocavit, de transitu in Asiam uti consu-

lerent, quibus copiis id fieri, & qua ratione bellum inire

oporteret. Censebant multi, Parmenionem & Antipatrum au-

ctoribus, debere prius Alexandrum liberis operam dare,

postea tantam expeditionem aggredi cum posse. Sed ipse, qui

rebus gerendis intentus erat, cuique cessatio omnis displic-

ebat, sententiam eam valde respuit: se ab ipsa Græcia electum

bello gerendo ducem, & qui patens copias firmissimas ha-

beret, nuptiis celebrandis vacare, donecque filii nasceren-

tur, desistere, turpe esse demonstrans. Diad. lib. 17.

SPECTACULORUM CONTEMPTUS.

L. LUCULLUS missus à Sylla in Ægyptum contrahendæ

classis gratia, neque Memphim adiit, neque quidquam ex

celebratis Ægypti miraculis videre voluit, quòd à suo insti-

tuto hæc spectacula tunc essent aliena. Plut. in Lucullo.

DANTES poeta in forum profectus spectaculorum causa,

in taberna ludum diu desideratum nactus, cum tam

avidè legit, ut domum revertens sanctè affirmaverit, nihil

se eorum quæ in foro acta essent, animadvertisse. Æn. Sylv.

lib. 1. Comm. in Panormit. Alphonsum.

Alapa.

Alapam impingere. Quæretur de Patientia

injurie. Item Verberatio.

* Albigenfes.

Qui & Albiani, Albigeſei, vel Albii.

HERETICI fuerunt temporibus Frederici II. Imp. & In-

nocentii Papæ III. Anno Domini M. CCCXVI. ac prin-

cipium in Comitatu Tolofano pullulare ceperunt, tantum-

que invaluerunt, ut brevi intervallo infecerint mille civita-

tes, ad eò nisi gladiis fidelium repressus fuisset eorum fur-

or, brevi tempore universam Europam occupasset.

Vide Anton. p. 3. Spec. hist. tit. 14. c. 30. lib. Spec. hist.

FORUM IMPIETAS.

Ed autem impietatis & impudentiæ succrevit Albigen-

sium malitia, amentia, furor, temeritas, impudentia, atque

divini timoris, siveque obliuio, ut cum Biterranensis à Ca-

tholico exercitu oblatione vallaretur, & expugnaretur, in

qua illi detenti erant, sacrum Evangelii codicem arti-

piantes, & super illum mingentes, de muro contra Chri-

stianos projecerunt, & sagittas in eum detorquentes, cla-

marent in hunc modum: Ecce lex vestra, miseri. Traditur

etiam eorum quendam Tolosæ in odium Christi, & confu-

sionem fidei, juxta altare majoris Ecclesiæ ventrem suum

Album.

Album ut est forma quedam Scripturarum sive ta-

bule xpyfobducta. Quære in Loco de Descriptione, Tit.

Variarum Scripturarum genera.

Album pro colore, qualis est in equo & Lacte, unde &

nomen suum habet: nam Hebræi alab Lac appellant.

Quære in Loco de Colore nonnulla.

Fulgentis animas vestis quoque candida signat,

Et grege de niveo gaudia Pastor habet.

MYRITTA Diaconus Elpidophorum Apollatam, & suum,

ac suorum carnificem compellabat, expandens & ventulans

linea, quibus ipsum Elpidophorum olim è facto fonte sus-

ceperat: Hæc sunt, ait, linea Elpidophore, minister erroris,

quæ te accusabunt, cum majestas venerit judicantis, &c.

Hæc te immaculatum, dixerunt de vultu fulgentem. Hæc

te actius persequentur, &c. Vitor Vitiens. lib. 3. Perfec.

Vandalicæ.

Baptizato Constantinopoli Theodosio Junio Imper. ut

narrat Marcus Gazensio, tanta fuit multitudo eorum, qui

vel baptizati fuerunt, vel vestem albam induerunt, ut vide-

rentur universa multitudo nive completa.

* LIBERTATIS.

LIBERTI olim manumissione accepta, alba veste indu-

bantur: quod legitur apud Tertullianum, de famulo liber-

tato donato: testis est Joan. Pierius lib. 47. Hieroglyph. c. 24.

& citat Tertull. lib. 5. adversus Marcionem.

* I G N O M I N I Æ .

HERODES, cum frustra sperasset aliquod signum de Christo

videre, sprevit illum cum exercitu suo, & illisit indutum

veste alba, & remisit ad Pilatum. Luca c. 23. vers. 11.

Fuit autem olim vestis alba triumphantium ornament-

um, & symbolum Innocentii, unde non alio aptius eum

induisse poterat Rex impius, ut qui tanquam agnus ad vi-

ctimam ducendus, & de mundo erat triumphaturus.

Alea. Aleatores.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ALEA, Græcis τερτυρία καὶ ἰδὲ est quod tessera, aut

illius ludus. Quamvis pro omni ludo, qui à casu pen-

dere facit fortunam, accipitur. Hinc Martialis:

Alea parva, mices, & non damnosa videtur,

Sæpe tamen pueris absulit illa nates.

Per translationem pro quavis fortuna usurpatur; hinc

belli alea, item iacta est alea, & similia.

* A L E Æ . A L E A T O R U M .

LUDUS VETITUS. CUR?

Ludum Alex jure Civili vetitum etiam Laicis, constat

ex lib. 1. Cod. de aleatorib. Eoque nomine censetur om-

nis ludus, qui magis fortuna, quam arte reguntur. Causa

prohibitionis est, quòd ex hoc genere ludorum frequenter

ira & blasphemie in Deum, cui assignari solent eventus for-

tunt, oriuntur. Quòd inter ludentes concitatur ira & pu-

gnæ. Quòdque subinde tota substantia exhauriatur. Imò

jure Digestorum etiam vetitus erat hic ludus, l. Solent §. de

aleatorib. Neque permittitur commodate illis locum ad lu-

dendum, l. 1. supra.

Clerici verò omninò interdicitur aleæ ludo vacare, c.

Cleric. 15. de vita & honest. Cleric. c. inter dilectos. 11. de Ex-

Hic tibi biseno numeratur tessera puncto,

Calculus bic gemino discolor hoste perit.

Alea Romanis legibus erat vetita. Horatius:

Seu mavis verita legibus alea.

Hinc Cicero Lenticulum colluforem Antonii, de Alea

condemnatum fuisse scribit. Turricula, Græcis Pyrrhus, erat

vasculum in modum turriculæ qua inclusive tessera jactaban-

tur ad tollendam ludentis fraudem. Martialis:

Quærit composita manus improba mittere talos.

Siper me mittis, nil nisi votafacit.

Fritillus autem dicitur tabula lusoria: quo tessera conje-

ctæ agitaturque mittuntur in alveolum. Inven. Satyra 14.

Parvoque eadem movet arma fritillo.

Martialis: Dum blanda vagus alea December,

Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

Martialis lib. 23. Hæc mihi charta mices, hæc est mihi charta fritillus.

Jul. Pollux. l. 9. ait, à ludo quoquam tessilarum natum esse

adagium, καὶ τὸν ἀδελφῆς, Sacre lineæ talum moveo. Lulum

fuisse hujusmodi, ut urrique ludentium essent calculi quin-

que totidem impositi lineis unde & Sophocles dixerit, πύρα

πυρραμῆς, id est, Tessera quinque linearum. Inter eas li-

neas, utrinque quinas, unam fuisse mediam, quam sacram

vocabant: unde qui talum movisset, is sacre lineæ calculum

movere dicebatur. Id verò non fiebat, nisi cum res posceret,

ut ludens ad extrema confugeret auxilia. Erasim. in Chilia-

dib. Tesserarum ludi species fuit veteribus diagrammismus, à

verbo γραμμῆς. Adhibebantur (ut inquit Eustathius) cal-

culi sexaginta, tum albi, tum nigri. Meminit Philemon, μέτρη

διagramμῆς, καὶ ἑξῆς. Sed ludum hunc grammas item di-

cunt, id est, lineas. Cælius lib. 20. c. 27. A. L. πύραμα ἔστι

καὶ ἑξῆς ἑξῆς, teste Polluce, non tessaris tantum, sed etiam

talus fiebat, nimirum, ὅτι τὸ πύρον ἀδελφῆς βαλεῖν, ὑπελθεῖν

μὲν ἄνευ ἕτε.

* Memorat S. Ambr. lib. de Tobia, Hunnorum populos

omnibus nationibus bellum inferre, tamen fœneratoribus

esse subjectos, & cum sine legibus vivant, solius aleæ legibus

obedire; in provincia ludere tessaris, arma simul & aleas por-

tare, ac plures suos, quam hostilib. id est, interire. In victoria

sua captivos fieri, suorumque spolia perpeti, & cum aleæ lu-

si totius prædæ manus amiserint, ludendi præsidia requi-

runt bellandi subsidio. Et addit: Denique constitit, quòd

quidam eorum & Imp. Rom. cognitus, in fide pretium ser-

vitutis, quam sibi tali forte superatus intulerat, supplicis

imperatæ mortis exsolverit.

In ludo taxillorum Leon Mytilenæus invictus fuit, teste

Phania. Diodorus Megalopolitanus & Theoxenes de co

etiam scripsere. Athen. lib. 1. Diogenes epiph.

Herculis editus otiosus atque feriarum lusit tessaris se-

cum, utraque manu alternante, in una constituens Hercu-

lem, in altera seipsum: sub ea conditione, ut si ipse vicisset,

de stirpe templi sibi cœnam pararet, amicum conduceret:

si autem victoria Herculis fieret, hoc idem de pecunia

sua voluptati Herculis exhiberet. Deinde cum à seipso, tan-

quam ab Hercule victus esset, debitam cœnam & nobilit-

issimam meretricem Accam Larentiam (quam alii Fleram

fuisse putant: Verrius Flaccus Fiovam cognominatam affe-

rit) deo Herculi dedit. D. Augustin. lib. 6. Civit. Dei. c. 7.

* Refert Joan. Chokier c. 20. Aporismor. Politic. de novis-

se regem, qui selsqui horæ spatio, hoc lusus genere, XVII. H

aurorum millia perderet.

¶ Avaritie crimen plerumque conjunctum est: nos tamen

hic solum ludendi voluptatem consideramus.

ROMANI milites vestimenta Jesu Christi in quatuor partes

dividere, cuique militi partem: super tunica autem incon-

stituti sortem misere. Matthæi 27. Marci 15. Luca 23. Joan. 19.

Parysatis Perfaram regina, mater Artaxerxis, alix fuit

dedita, ita ut cum filio ludens, uno jactu data opera mille

Daricos amiserit. Plut. in Artaxerxe.

Hegesilochus tyrannus Rhodius, cum principatum suum

cum paucis amicorum constituisset, illi in tantum petulan-

tia processerunt, ut vel talis ludentem inter se de liberis mu-

lieribus, differrentque inter talorum jactum, quam urbana-

rum victus ad victorè adducere deberet ad coeundum, nul-

lam excipientes excitationem; sed quo pacto posset quis vel

persuadendo, vel vim inferendo, sic ducere imperantes.

Hujusmodi aleam luserunt & alii ex Rhodiis: à aperifum-

id est & sapientie efficit Hegesilochus ipse. Athen. lib. 10.

cap. 15.

A Alea lusu despectu habitus, & vetus: ejusque incommoda. Chilon Lacedaemonius, jungenda societatis causa Corinthum missus, cum Principes civitatis in alea occupatos invenisset, fatum infecto negotio rediit, dicens: Nolle se gloriam Spartanorum, tum quidem clariscentem, ea manulae infamia, ut diceretur, Spartanos cum aleatoribus societatem inuisse. Platinalib. 1. de optimo viro.

* JUSTINIANI Imp. constitutione hic ludus prohibetur: negat insuper actionem victori, imò & victo, amissam pecuniam condicendi: adversus quod nullam vult obitare praescriptionem, nisi annorum L. Hanc tamen constitutionem abrogatam tenet Rebuff. L. Alear. C. de alea lusu & aleatoribus.

* AUGUSTUS Cæsar adhuc juvenis, ob nimis frequentatum aleæ lulum, à suis contempui habitus fuit, de quo paulo post, loco convenienti.

* S. Cyprian. integrum tractatum scripsit de Aleatoribus. Et inter alia, Ne, ait, luseris alea, ubi lusus nocivus est, & crimen mortale, ubi dementia sine consideratione, ubi nulla veritas, sed mendaciorum manda. Abscinde inde manum tuam, &c. Vide de eodem argumento Basil. hom. 8. hexam. S. Ephrem de renuntiatio. in baptismo facta.

* Inter lxxxv. Canones Apostolorum, quos VI. Synodus recepit, & probavit, Canon XLII. est, ne Episcopi aut Clerici, ebrietati, aut aleis deservirent; & repetitur in Synodo VI. Constantinop. Can. 50.

* Cardinalis Hostiensis summa rit. de Excessib. Pralat. notavit 16. vitia consequentia lulum aleæ, his verbis:

- Hæc cum taxillis ludendo crimina sumit,
 - Ecclesie spiritus, usuraque sive rapina,
 - Scandala, vel mæ, blasphemia, seu faciendi
 - Furti doctrina, violentia, crimina falsi,
 - Et mortis causa, deceptio perditioque
 - Temporis, & desiderium, corruptio junget
 - His prædictis adulatio, vitæque turpis.
- * Antoninus Archiepiscop. Florentinus, tot crimina ex ludo taxillorum naïci affirmat, quot sunt in taxillis puncta. Tit. l. c. 23. §. 6.

QUI ODERINT ET REPREHENDERINT Aleam.

PLATO Atheniensis Philosophus adolescentem, quod luserit alea, graviter increpavit. Qui quum dixisset, Sic objurat ob rem parvam: At parvum non est, inquit, assecre. Tale quiddam subindicat Demæa Terentianus in Adelphis: Mitto rem, consuetudinem ipsorum. Laert. lib. 2.

PHILIPPUS Adeodatus Gallorum Rex, sub initia regni aleam severissimis legibus sustulit. Sempronius.

ANTONINUS Archiepiscop. Florentinus, cum visitandum Ecclesiarum gratia civitatem perambularet, & cives in loco publico ad talorum aleæque ludum convenisse videret: ibi divertens, instrumenta ludi omnia subvertit. Paucis post annis cum ludus novus Sotium introductus esset, cujus studio ad insaniam usque populus omnis tenebatur, & honesta negligebat comparandi victus exercitia: incredibili diligentia cives fidos ad meliorem mentem reduxit, & Pontificem quoque ad similem curam suo exemplo pertraxit. Sacerdos quidam Florentinus forte opima mille aureos consecutus erat: eos Antoninus inter pauperes dividi jussit. Leander Albert. lib. 3. de viris illust. ord. Pred.

Magnus SEPTIMA aleam in castis, uti duci pariter ac militum maxime pestilentem, oderat. Jovius in ejus vita.

Caverunt Veneti in Rheticis fervore belli, ne alea, neve ullo alio præter ludum latrunculorum cum in urbe, tum per xxxv. millia passuum extra urbis fines in pecunia luderetur, exceptis nuptiarum celebratibus, & cauponis, & ea forti parte, quæ ad columnas est, atque ipsa forti porticu: editumque, ne is in locis luso auti uncæ partem quintam excederet. Bemus lib. 1. Peneta historia.

ALEXANDER Magnus quosdam ex amicis multavit, quod in ludo aleæ sensisset eos non ludere, sed velut in maxime seria versari, fortunas suas omnes aleæ permittentes arbitrio. Plut. in Reg. & Imper. Apoph.

PROTEMEUS Aegypti Rex, tesseras ludens, fontes condemnabat. Berenice uxor ejus, accepto libello è pueri manibus, non permisit, ut ad finem usque legeretur: dicens, non se obiter advertendum esse, cum de hominis salute queritur, sed altius cogitandum, & relinquenda ludica. Non enim simile esse cautum tesserarum, & corporum. His auditis delectatum Proteum ferunt, neque postea unquam

inter ludendum de capitalibus causis audivisse. Elian. lib. 4. E. c. 43. var. hist.

GERMANI olim aleæ adeo studiosi, ut cæteris amissis novissimo jactu de libertate contenderent: victus voluntariam servitutem adibat, & quæquam juvenis & robustus, ligari se & vendi patiebatur. Sabeli. lib. 2. Enn. 6. & Alex. lib. 3. c. 21.

LARTES Volumnius Vespentium Rex, alea ludens, cum prospero tesserarum jactu, Occide, exclamasset, & Romanorum legati forte intervenissent: satellites errore vocis impulsu, legatos interfecerunt. Val. Max. lib. 9. c. 9.

VOLANERII scurræ studium ludendi, Horat. lib. 2. Serm. sat. 7. persequitur:

Scurra Volanerius, postquam illi iusta chiragra Condidit articulos, qui pro se tollerent, atque Mitteret in pyrum talos, mercede diurna Condidit pauci.

MANNIUM Curium accusator ejus ad concitandam invdiam in sipatio (id est velumnis gemis) pinxerat omnibus locis, aut in nervo nudum, aut ab amicis redemptum ex alea hoc agens, ut omnibus persuaderet, quàm is esset perditè deditus aleæ. Hoc crimine fideiùs inicitatus est Mannius: Ergo, inquiens, nunquam vici? Alter intelligi volebat, Curium assidue luisse aleam. Curius eò torquus, quasi infelicitas esset approbata. Non est verisimile, qui frequenter ludis tesseris, nunquam vincere. Refert Fabius.

AUGUSTUS Cæsar notatus est, ut pretiose suppellectilis, Corinthiorumque valorum præcupidus, & aleæ indulgens. Nam & proscriptio tempore ad statuum ejus adscriptum est:

Pater argentarius, ego Corintharius. Cum existimaretur, quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos. Et deinde bello Siciliensi Epigr. vulgatum est:

Postquam bis classe victus navis perdidit, Aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.

Hunc tamen tumorem nullo modo expavit, lustique simpliciter & palam oblectamenti causa etiam senex; ac præterquam Decemb. mens, aliis quoque festis, profectisque diebus. Ad Tiberium sic scribit: Quinquatriis satis jucundè egimus. Lusus per omnes dies, forumque aleatorum calcem. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum, sed ex magnis detrimentis præter spem paulatim retractus est. Ego perdidit viginti millia numum, meo nomine: sed cum effusis in lusu liberalis fuisset, ut soleo plerumque. Nam si quas manus remis, cuique exegisset, aut retinuissem quod cuique donavi, vicissem vel L. millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad calestem gloriam efferret. Svetonius.

CALIGULA Rom. Imp. cum per omnem Galliam divites expilasset omni pecunia, eadèmq; tarpiter profudisset, alea ludere coepit. Verum cum pecuniam deesse intellexeret sibi, ob eamque causam Gallos cenferi, ac eorum locupletissimos interfici jussisset: ad collutores suos reversus, ait: Vos quidem, inquit, de parvo drachmatum numero contentis, ad ego collegi aurorum sexages. centena millia. Xiphilinus.

CLAUDIUS Imp. aleæ deditissimus erat. Proinde mortuo id supplicii genus Etacum imposuisset, Seneca in ludo fingit: ut quemadmodum Cisyphus saxum perpetuo voluit, ita ipse fugientes seipsum tesseras captans, alea luderet percussio fructu. Nero quodragenis in pictum H-s aleam luserit. Domitianus, quoties otium nactus erat, id in alea consumebat: etiam profectis diebus, & matutinis horis. Suet.

Didius Julianus, Salvii Juliani Jurisconsulti pronepos, bis consul, ad vitium usque jam senex aleæ operam dedit. Vala. lib. 13. Anthropol.

RUFUS Cyrilli Episcopi Hierosolymitanus nepos, alea deditus fuit, eamque ob causam inferni cruciatibus horrendis perpeti, Cyrillo per visionem demonstratus fuit. Mart. lib. 6. c. 14. ex Cyrilli Hierosol. epist.

GERARDO Flandriæ Episcopo, qui Scachorum ludo præfuerat, penitentiam hanc injunxit Petrus Damianus, Cardinalis Hostiensis, ut ter Plasterium meditando percurreret, ac duodecim pauperum pedes lavaret, cum totidem nummifatum etrogatione (nam manibus possimum peccarat) adeoque pretium quod lucratur fuerat lusu, hoc est, tapenam, volebat in holocaustum conferri.

JOAN. Antic. ad Consilium Constantiense evocatus, literas obligatas Martino cuidam suo familiari reliquerat, hac lege, ut non prius, quàm sibi humanitas quid accidisse cognovisset,

cas aperiret, ultima suæ voluntatis indices. Inter cætera Martinum ad pietatem & castitatem & diligentiam hortatus suo exemplo, ne sua imitaretur vitia, movuit Scis, inquit, quàm ante sacerdotium meum ludi Scachorum studiosus fuerim, ad contentionem usque & rixas. Quod peccatum meum & similia alia multa, ut præcibus tuis apud Deum pro me expiato. Aut. hist.

MEDIOLANENSIS quidam aleæ supra modum deditus, pecunia exhaustus, cum domus illi rustica quadam, nec angusta esset, eamque propter loci latitudinem & soli sterilitatem, in quo sita erat, emere tum nemo veller: regulas divididit, domumque miser pluvius & ventis perviam reliquit. Paschasius Justus lib. 1. de Alea.

Scurra Volanerius, postea clarissimus, in juvenia aleæ deditissimus fuit, ut & cum hospite decoqueret, & juris Codicem in membranis scriptum feneratori dare cogereur. Jovius in Elegiis.

CASIMIRUS Sandomirciensium dux, alea ludens, à Joanne Conario, equite Polono, cum manum vicisset, alapan accepit. Quem ille non modo absolvit, verum etiam gratias B ipsi egit, quod se idè admonuisset, ne quid indignum principem in se dimitteret, neve le ludo aut alii rei levi ac inhoneste deinceps daret. Cromerus lib. 6. de rebus Polonicis.

ALEÆ DAMNA, ET PERICULA.

ALEATORES duo Bude; alter in Dei nomine, alter in nomine diaboli luserunt: quorum is qui in Dei nomine luserit, pecunias omnes perdidit. Furibundus inde, per cæmetarium se propiciens, Crucifixi fontem saxo petiit, quod in vulnere hæsit. Lanuis vicinus podagricus per quietem surgere ter jussus, & quem primum obvium habebat, confodere; expeditè surrexit, & in se ruentem aleatorem cultro lanatio interfecit. M. Friischi in Meteoris.

Rex Patrobane Jacobum Lupium Siqueiram, Lusitanorum Ducem, qui an. 1508. in insulam venerat, è medio tolere decreverat, hominibus armatis mercatorum habitu in nave admisit: ut simul atque fumum in urbe sublatum conspicerent, duces imparatos aggrederentur. Constituto die, Garcia Soula cum multo plures, quàm par erat, in nave sunt ingressos animadvertent, eos omnes abire repugnantes amaris ejecit: & ad Siqueiram misit, qui eum admonerent, ne gentem perfidam in nave suam ingredi permitteret. Siqueira scachorum ludo usque adeo intentus erat, ut nuntii oratione partum moveretur. Nautam tamen unum, malum scandere, & scaphas speculati jussit, an jam mercibus onustæ redirent. Is è carthefio conspexit unum ex Malacensisibus, qui in prætoriam nave admitti fuerant à Siqueira tergo sicam distingere: alterum vero ex adverso oculis innuere, ne approperaret, nondum enim signum datum; & maximis vocibus Siqueiram, ut vitaret infidiam capiti imminentes, inclamavit. Hostes re inopia percussis, in navigia sua desilerunt. Ofor. lib. 6. rerum. Em.

PHILIBERTUS Aurantius, Cæsariani exercitus in obsidione Florentina dux, multo lusu aleæ ingentem pecuniam vim stipendii destinatam, gemente Valerio legato Pontificis Clementis VII. importunissimè perdidit: & Conradus Hessius, verus Germanorum dux, & valde icelx aleator, eam ferme totam abstulit; adeo importuno, ut quum Hispani atque Itali debita stipendia flagitarent, Aurantius pudendus circumventus difficultatibus, nihil potius atque expeditius reperiret, D quam ut expressa vel non acerbis conditionibus deditione, arumnofo bello finem imponeret. Jovius lib. 29. hist.

Quum Mattheus Corvino Hungaria Regi in bello Bohemico deessent pecunia, verbis & pollicitationibus alebat exercitum. Cum dies distribuendi stipendium præstitutus instaret, quem promissis differre ultra non poterat, à præfectis equitum & legatis legionum, ad aleæ ludum invitabatur. Denà millia aureorum canocæ ex ludo sibi comparavit, quæ, antequam loco moveretur, militibus dedit, & ex aleæ lucro stipendium excoluit. Bonfin. lib. 8. decad. 4.

JACOBUS de S. Andrea, Patavinus nobilis, cum Venetias aliquando veheretur, nec haberet, quibuscumque alea luderet, ne profusus otiosus sederet, argenteos atque aureos nummos perinde atque pillos, è navis prora in subjectum amnem jactavit, quot quique faltus faceret in summa unda, annumerans. B. Scard. lib. 3. hist. Pat.

HISPANI propter calidiotem temperiem ex omnibus Europæ ad ludendum maxime sunt propensi. Longè latèque Hispanias lustranti mihi (inquit Pasch. Justus lib. 1. de Alea) sape conigit, ut cum multis locis nihil eorum, quæ ad vi-

• ALEATORIBUS POENA DIVINITUS INFLECTA.

Quo tempore agebatur de pace inter Francorum Regem Philippum Augustum, & Richardum Aquitaniam Ducè, quidam satellites à Richardo introducti, quos atas illa coterelous appellavit, dum alea ludunt, quidam perditis nummis blaphemus in Deum, dum simulacrum Virginis filium dextra gestantis in templi vestibulo adipicet, jacto in imaginem lapide, brachii partem à filio abruptit, ex quo profutens tuor multis ægrotantibus salus fuit, Satelles autem Virginis con-

stium faciunt, invenire possem, tamen nunquam castellum E aut vicum ullum adeo abjectum & obscurum transire potui, in quo chartulæ non venirent. Quod quidam in aula Regis, non parvi nominis mercator, callidè advertens, à Carolo V. Imperatore contendit, nemo ut in Hispaniis integro decennio, præter se, tabellas distrahare posset. Quod cum beneficii gratiaque causa obtinuisset, locupletissimus ex eo quæstu factus est.

Cum in Hispaniis esset Cardinalis Poggius, summi Potit. ad Hispaniarum regem legatus, Hispanorum multi, qui propter damni magnitudinem, sanctissimo jurejurando jurarant, maximeque religione se obstrinxerant, nunquam deinceps alea lufuros esse: nihilominus paulò post, contempta fractaque fide, & violata religione, transgressi juramenti & impietatis veniam peritum à legato venerunt. Alii cum adhuc religione & promisso tenerentur, magno etiam soluto pretio, ut iurifurandi fidem eis abrogaret, in jundo pro eo pio munere alio, obtinuerunt. Atque horum omnium non exiguis fuit numerus. Paschasius Justus lib. 1. de Alea.

HISPANI quidam cum ad ludendum in alea cupidè ad amicum venissent, & cum fortè nullo modo tesseras invenire possent: quò tamen cupiditate explerent suam, aleam condudere, qui vicino ex loco, semoto tamen, voce tesserarum jactus, quos vellet, enunciabat, (casam vulgò vocant) & de iisdem illi digitorum micacione fortiebantur. Nec desuere, qui dentibus & superciliis lufisse vili sunt: ut Venetus quidam in uxorem suam. Quinetiam inventus est, qui (quasi parum fuerit, in vita lufisse) testamento religiosè caverit, ut ex ossibus suis tessera fierent: cute verò & membranis mensa, alveolus, fritillaque, quanta fieri possent diligentia, contegerentur: nimirum, ut quod vivus libentissimè facitabat, mortuus etiam, quantum posset, obiret. Paschasius Justus lib. 1. de Alea.

Aristoteles in Ethicis ad Nicomachum scribit, aleatores, fures, & latrones esse iliberales, eò quod in turpilucro versentur, & omnia faciant quæstus causa, lib. 4. Ethic. cap. 1.

Plato annotavit in Phædro. aleam & reliquas perniciosas artes, ad thalamum Aegypti Regum, à demone, quem Theut appellat, inventas esse.

AGARENOS seu Turcos, quocunque genere ludi deposita pecunia instruit ludant, ignominia primùm, deinde supplicio graviori afficit, refert Joan. Cusp. lude Turcarum institutis.

BARCHINONÆ, Tarraconensis Hispaniæ metropoli, cum aliquando in magna remigum inopia oborta necessitate triremes parari esset necesse: subiecta ex publico mediocri sub alea pecunia, ea lege, ut ex duobus, qui illam lucraretur liber deportaret, qui verò amitteret, rex maneret: magnus remigum delectus brevi tempore factus est. Paschasius Justus lib. 1. de alea.

Aleatores quidam non solum in fortunæ & facultates, sed etiam in libertatem, & seipos ludunt. Quod quidem iis, qui Americam incolunt, Peru vocant, natura calidissimis hominibus, frequenter usu venire, à multis accepi. Pasch. lib. 1. Vir imprimis nobilis, amplissima familia natus, cum quod labeat nummorum in alea perdidisset, multa cogitabat, unde pecunias invenire posset. Inter multa, puerum eodè die vicino natum esse, in mentem veniebat. Itaque ab H amplissimo quodam regulo, qui tum fortè in paternis ejus adibus diversabatur, ut binas pretiosè celatas ex argento paternas, ordinandis amici natalitiis sibi commodaret, impetravit. Quibus acceptis, incredibile, quam celeri cursu, miserè subinde cadens, furis potius quam homini similis, oppigneratis, quanta potuit pecunia, patris, ad ludum redierit. Idem ibid.

Quo tempore agebatur de pace inter Francorum Regem Philippum Augustum, & Richardum Aquitaniam Ducè, quidam satellites à Richardo introducti, quos atas illa coterelous appellavit, dum alea ludunt, quidam perditis nummis blaphemus in Deum, dum simulacrum Virginis filium dextra gestantis in templi vestibulo adipicet, jacto in imaginem lapide, brachii partem à filio abruptit, ex quo profutens tuor multis ægrotantibus salus fuit, Satelles autem Virginis con-

• ALEATORIBUS POENA DIVINITUS INFLECTA.

Quo tempore agebatur de pace inter Francorum Regem Philippum Augustum, & Richardum Aquitaniam Ducè, quidam satellites à Richardo introducti, quos atas illa coterelous appellavit, dum alea ludunt, quidam perditis nummis blaphemus in Deum, dum simulacrum Virginis filium dextra gestantis in templi vestibulo adipicet, jacto in imaginem lapide, brachii partem à filio abruptit, ex quo profutens tuor multis ægrotantibus salus fuit, Satelles autem Virginis con-

• ALEATORIBUS POENA DIVINITUS INFLECTA.

Quo tempore agebatur de pace inter Francorum Regem Philippum Augustum, & Richardum Aquitaniam Ducè, quidam satellites à Richardo introducti, quos atas illa coterelous appellavit, dum alea ludunt, quidam perditis nummis blaphemus in Deum, dum simulacrum Virginis filium dextra gestantis in templi vestibulo adipicet, jacto in imaginem lapide, brachii partem à filio abruptit, ex quo profutens tuor multis ægrotantibus salus fuit, Satelles autem Virginis con-

• ALEATORIBUS POENA DIVINITUS INFLECTA.

Quo tempore agebatur de pace inter Francorum Regem Philippum Augustum, & Richardum Aquitaniam Ducè, quidam satellites à Richardo introducti, quos atas illa coterelous appellavit, dum alea ludunt, quidam perditis nummis blaphemus in Deum, dum simulacrum Virginis filium dextra gestantis in templi vestibulo adipicet, jacto in imaginem lapide, brachii partem à filio abruptit, ex quo profutens tuor multis ægrotantibus salus fuit, Satelles autem Virginis con-

N 3 temptor

A tempore demonio mox abrepus, eodem die spiritum miscrabili ter effrayit. Kob. Gaguin. lib. 8. anal. Franc. in Philip. po Aug.

Fuit in quadam villa Campanie, ait Thom. Cantiprat. ubi Judaeus cum Christiano in sacra nocte Parasceves in tesseram ludu condidit. Cumque Judaeus multam pecuniam perderet, & ex hoc impatientius turbaretur, tandem in Christum retorquetur injuriam, blasphemavit. Et mox cum ad iactandum hazardum tesseram collegisset, manus ejus cum tesseris fit contracta. Qui reprobo furore succensus, cum ipsa contracta manu mentam lusoriam percutere niteretur, iterato in Christum & matrem ejus blasphemiam turpissimam evomens, statim, everfis terribiliter oculis, cecidit & expiravit. Christianus vero collusor illius pavore nimio in amientiam versus, elanguit, & miseram vitam morte misera finivit. Thom. Cantiprat. lib. 3. Apum, cap. 49. pag. 9.

In Brabantia partibus, urbe Lovanio, civem vidimus generosum & bonum, qui in nocte sancta Parasceves ad maritimas surgens, transibat ante cellarium in platea, in quo perditissimi Adolescentes ad lusum tesserarum sedentes, blasphemis & juramentis invicem contendebant. Transiens autem civis invenit homines plateae ante cellarium, qui magno murmure plangebant hominem quendam ignotum miserabiliter plagatum, & sanguine cruentatum. Qui, cum quaereret auctorem laesionis tanta quis esset, responderunt; Ipsi, inquit, juvenes, qui hic in cellario ad tesseras ludunt. Mox igitur ingressus civis improperat ludentibus tali nocte, & eos duris verbis interrogat, cur hominem ignotum ingressum ad eos tam crudeliter verberassent? Antonii autem juvenes, negant aliquem ad eos intrasse, postquam confederant: nullum vero ab eis vel verbo vel verberae laesum. Et mox cum cive surgentes, omnes quaerunt hominem cruentatum, nec inveniunt. Conversi itaque singuli ad se ipsos, animadvertunt, juramentis suis terribilibus rursus Christum Dominum contumeliosum affectum, rursus improperis cruciatum. Ibid. pag. 10.

In Susatia, quae civitas est diocesis Colonienfis, miles quidam Teneymo nomine habitabat, qui sic torus deditus erat ludo tesserarum, ut non die, non nocte quiesceret: semper sacellum cum nummis secum portabat, ut secum ludere volentibus obviamer. Ita in ludis expeditus & fortunatus erat, ut vix aliquando sine damno recederet. Ut autem posteris offenderetur, quantum Deo tales ludi, in quibus ixa, invidia, rixa, & damna suscitantur, peccati- que verba rotantur, contrarii forent, permillum est Diabolo, ut cum eo luderet, qui multis illudat, atque vicicera- verat, quique multorum marsupia evacuabat. Nocte quadam domum ejus in specie cuiusdam ludere volentis intrans, sacellumque nummis refertum sub axilla portans, ad tabulam sedit, denarios liberaliter apposuit, tesseras ja- ctavit, & multa acquisivit. Cui cum prosperè succederet, & multi jam pecunia, quam apponeret, defuissent, iratus ait: Nunquid non Diabolus es tu? Et ille: Nunc satis est, appropinquat enim tempus matutinalis, oportet nos ire. Tol- lenique illum per rectum traxit, cuius viscera tegulis retra- hentibus miserabiliter exculsit, & quid de ejus corpore fa- ctum sit, vel in quem locum illud projecerit, usque hodie, tam à filio ejus, quam à ceteris, qui illum noverant, igno- ratur. Mane vero viscera ejus reliqua tegulis inherentes reperta sunt. Bene diabolus illos ministros in hoc mundo finit prosperari, quos semper in fine decipit. Cesar Heister- bac. lib. 5. mirac. c. 34.

Parti tetrore, sed meliore successu miles Hispanus: hic in Belgio ante annos viginti duos, cum adhuc saeculo mere- rem, à Deo commonitus tantum fuit. Capitaneus Bravo vocabatur, sepe à me visus, deditus supra modum alea, & in ludo ditas jacere in se iuxta atque alios pronus. Quadam die cum damnosè semper numeri lucrum jactu quaerenti sub- filient, ira effervescens in caput suum durissima precabatur, & subito coram multis, qui aderant, ab invisa manu ad ta- bulatum usque sublatu, post aliquod tempus, mortuo quam visuo facie similior in solum deponitur. Felix, si ut lu- sorum cadaverisum toto post vite tempore sustinuit, sic re- spicens lusus aviditatem deposuisset. Delrio lib. 3. disqui- sit. magic. p. 1. q. 7. tit. 1.

Anno salutis nostrae 1383. fuit in regionibus homo qui- dam, cui nomen Scheltroff, de cuius origine & patria neque aliquid adhuc compertum habeo, neque magnopere atti- net rimari: humili certe genere, & ex infima plebe fuisse

ortum fama consentit: sed qui natalium obscuritatem, ve- lut alter Heroftratus incoerit delubri Ephes. Dianae, infi- gni scelere illustravit, immortalis quadam infamia nomina- tissimus. Hic igitur cum aliquando à natura praeditus effect maligno ingenio, factus est etiam ultro tam licentia, quam peccandi consuetudine deterior. Neque flagitii tantum, sed etiam infamia ipsa delectatur, in ludis & tabernis ztatem agebat. Fuit autem appetentissimus ludi, ex quo pleraque victorum genera, tanquam vermes è putri cadavere, uber- tim erumpunt: praecipue vero impietas erga Deum inde nascitur: qua duce Scheltroff tantum nefas admittit, quan- tum vix omnibus retrò saeculis auditum est. Cum enim alio- quin volens pro consuetudine sua fortunam ludo expediti, quosdam etiam sui similes ad ejus rei concionem illexisset, (nam ferè nunquam in magna civitate complices peccatu- ro defuere) itum est ab illis in quoddam divertorium publi- cum sive tabernam suburbii Monguntini Filkbach appellati. Nomen verò & signum ipsius tabernae flos erat, diceba- turque vulgò *zu derblumen*. Cùmque illic aliquandiu taxil- lis lusisset, contigit fortè, ut Scheltroff parum prospera for- tuna usus, pecuniam verò omnem, quam habebat, perde- ret, multumque detrimenti (in opinione sua) acciperet; quod cum per ludi progressum nedom non emendaret, ve- rum etiam immodicè augeter, cepit tandem (uti solebat) graviter stomachari, & post convicia collutoribus dicta, Deum etiam & sanctos blasphemare. Sunt qui referant, eum hac ira & impietate succensum, palam fuisse miniatum, quamcumque Crucifixi Jesu imaginem primum obviam ha- buisset, ab ea se praesentis damni pœnas & vindictam repe- tituram. Quod etià lapsus hominis impietati plurimum con- gruebat, multumque credibile est, tamen id pro comperto affirmare non ausim. Hoc sanè constat, eum à locis nihil pacatiore animo digressum pervenisse ad sacellum quoddam inter Divi Albani & hanc B. Virginis Ecclesiam situm, ubi jam olim hac simulacra fuerant reposita. Plenus erat haud dubiè impietatis, & qui scelus abominabile jam dudum ani- mo conceptum mox effundere concupisceret. Quamprimum ergo ad id sacellum pervenit, hanc imaginem Cruci- fixi dissecuit, ita ut nec ullatenus haeret quidem. Mox Divae Virginis, aliorumque sanctorum signis cruci affanti- bus casum & punctum pleraque vulnera reposita. Haud absi- milis lupo, qui majore interdum caedis libidine, quam fame percitus in ovile indefensum grassatur. Haec enim Scheltroff debacchatus est. Quae verò sequuntur, ad vindictam divinam & miraculum ipsum pertinent. Terrificus enim & admirabi- lis ille cruor, quem hic tibi videre licet, subito ex vulne- ribus à crudelissimo illo scario passim illatus effluxit: ceu non lignea simulacra, sed vivi homines cum injuriis per- fessit forent. Credetes, Deum ipsum tanto scelere appetum quodammodo indoluisse, & tam suspendo miraculo, veluti manifesta doloris confessione, mortales ad vindictam facien- dam animasse. Scheltroff autem jam expleta impietate sua five nutu Dei affixus, sive iplo cruoris miraculo exteritus, inde pedem non movit, donec à supervenientibus in fra- granti crimine deprehensus, & in urbem Moguntinam cap- tivus deductus est; non jam suae, sed divinae irae memot, anxiusque metu pœnarum quas paulò post dedit, non quidem flagitio suo respondentes (non enim tanta impietati par supplicium exogitari poterat) sed quos homines infigere debuerunt; vivus enim in conspectu populi exultus est, non longè ab urbe, in eo loco, quem Judaeorum arc- hiam vulgò appellant: quod Judaei quondam cadavera sua illic humare solebant. Hac morte impiissimus ille consum- ptus est. Imagines verò vulneribus & cruore insignes ab ad- culis illa veteri ad hoc templum summa veneratione facer- dotum manibus translatae fuerunt. Ubi in hodiernum usque diem terrificus ille cruor visitur, & admodum religiosè colitur, multique mortales variè afflicti, susceptus votis, Dei Opt. Max. clementiam exproci, salutem adepti sunt. Bre- demach. lib. 3. collat. Sacr. cap. 18. auct. Theodoro Gregmun- do Jurisconf.

Inter eas leges, quas Elzearius Comes Arianus in provin- cia Narbonensì considerat pro bono regimine domus, hanc etiam interjecerat, ut nulli fas esset ludere tesseris, aut alio uti lusu illicito, turpi & inhonesto. Si quis verò contra fecisset, gravis illum pœna manebat. Surinus in vita, tom. 5. die 27. Sept.

Alchymia. Vide Tit. de Chymia.

Alienus.

A Alienus. Alienatio. *Quare Tit. de Contractibus, Emprione, Venditione, &c. Aliena explorare. Vide, Explorare. Inquirere. Indagare. Alienationem suam ferre. Vide Tit. Amicitia Polittica.*

* ALIENA CURARE.

Consule Tit. de Curiositate, ubi pleraque huc spectantia. Naturam mortalem hoc quoque nomine malam & si- nistram dici posse inquit ab Besium Cabores Me- dus, quod quisque in suo negotio hebetior est, quam in alieno. Turbida sunt eorum consilia, qui sibi suadent. Cur- ius lib. 7.

Egomet mihi ignosco Mevius inquit: Stultus, & improbus hic amor est, dignusque notari: Cum tua pervideas oculis male lippus incertus, Cur in amicorum vitium tam cernis acutum, Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Floratus lib. 1. Serm. 3. Finxit Aetopus, hominem quemlibet duas habere manticas, hoc est sacculos scorteos oneribus defecendis aptos, quarum alteram à tergo, alteram ante pectus propendere affirmabat. Sed in priore, inquit, vitia & res alienas: in posteriore, propria immitimus. Insuperare volebat, quod in Evangelio Dominus, nos trabem in proprio oculo non considerate, cum siccum in alieno videamus. Sive, quod Seneca ait: Pupalis observare alienas, obfatas plurimis ul- ceribus. Catullus huc alludens, Non videmus onus man- tice quod in tergo est. Similiter Persius Satyra 4. Nemo in sese tentat descendere (sumpta est metaphora à fofinis vel cellis, in quas qui descendunt, facile vident quid illis reconditum) nemo, Sed praecedenti spectantur mantica tergo. Hujus tamen signent auctorem alii faciunt Pythagoram.

Quare ALIOSITAS.
* ALIENA PECCATA.

Ea peccata dicuntur aliena, quae licet alicujus manibus operata fiant, nobis tamen merito imputantur, nostros- que conscientias damnationis reas constituunt. Sunt autem novem hujusmodi, de quibus ordime tractabimus.

Iusso, primum peccatum alienum, quod perpetratur, cum ex decreto, mandato vel imperio nostro, ad proximum redit injuria, vel malum aliquod.

EX S. SCRIPTURA.

PHARAO Rex Aegypti legem tulit, ut statim ubi Hebraeo- rum parvuli masculini sexus nati essent, occiderentur, aut in flumen projicerentur: peccatum alienum commisit, quia propter mandatum suum parvulos occidit, non propriis, sed alienis manibus. Exod. 1.

David Rex dederat literas Uriae ferendas ad Joab militiae suae principem, quibus jubebat, ut ipsum Uriam poneret ex adverso belli, ubi fortissimum esset praedium in expugnatione civitatis, ut ibi percussus interiret, quod factum est. Sed eo occiso, reprehenditur Rex, quod Uriam occidisset, non quidem manibus propriis, sed gladio filiorum Ammon. 2. Reg. 11.

Similiter Herodes Rex alicujus manibus infantes Beth- lemicos à bimato & infra occidi praecipit. Matth. 2. Pilatus non legitur Christum Dominum propriis manibus crucifixisse, percussisse, aut violentè traxisse, tamen damnatus creditur, quod Christum morti adjudicaverit; nulli etenim Christum occidisse licuit, nisi eum ipse sua auctoritate condemnasset.

Sic denique Tyranni omnes peccarunt, morti tradendo martyres.

EXEMPLA HISTORICA.

THRASAMUNDUS Rex Vandalorum, Ariana impietate infectus, cum jam morti vicinus esset, Hildericum filium suum ex Eudoxia filia Valentis Imperat. alitringit Sacramento, ne Catholicis in regno suo imperaret. Qui patre mortuo, Deo magis obediendum esse, quam hominibus, rectè judicans, an- tequam regnum suscipere, omnes Catholicos ab exiliis jus- se revocari, evolutis septuaginta quatuor annis, ex quo Gen- tificus avus ejus statum Ecclesiae in Africa profanavit. Si- geybertus in Chronico ann. 520. Christianus Massens lib. 12.

Cum magna auctoritas Romae duorum esset, Symmachi L. B. Theatr. vit. Human. Tom. 1.

& Boetii, qui gener Symmachi fuit, Theodoricus Gothio- rum Rex revocavit eos Ticinum, & diu captivos tenuit, quia aliquibus ejus decretis adversati fuerant. & bona eorum publicavit, & tandem ipsos interfecit justit. Hanc injustam cru- delitatem hac pœna secuta est: Non multò post eorum necem, cum cenanti propositum fuisset in mensa grande cap- tur piscis, visus est cernere sibi caput Symmachi, horribili rictu & flammis oculis minitantis ipsi. Subito igitur consternatus & tremens justit se in lectum collocari, & accessit medico Elpido, narravit amicis terribilem illam Symmacho spectem conspectam, & in deploratione sceleris sui paulò post extinctus est. Platina.

Secundum peccatum alienum fit, dum mali consilii, quod alii sequuntur, vel sequi possent, ipsi sumus auctores & administrati.

EX S. SCRIPTURA.

CAPHAS consilio suo Senatam Judaicum in mortem Christi concitavit, atque permovit.

Contra verò laudatur Joseph ab Arimathia, & vir bonus justique dicitur, quia non contulerat consilio & actibus eorum, Pontificum scilicet & Pharisaeorum, in Christi ne- cem impie conspirantium.

Ejusdem classis fuit Demetrius ille, qui cum aliis opifici- bus, ut suo studenter quaestui, totam penè urbem Epheso- rum adversus Paulum Paulique doctrinam ingenti edictio- ne complevit.

Impigit hic etiam infamis Herodias, qua Rex Herodes per adulterium sedè abutebatur. Nam illius consilio & su- su instructa saltatrix filia, quod crudeliter appetivit, sancti- simi Joannis obtruncatum caput, nefarie impetavit.

Ano Dni nativ. 410. Carol. Rex Vandalorum cum magna multitudine Germaniam pervagatus, assensu Germanorum trajecto Rheno Gallias invasit, & vastata per gyrum partia, indigenas graviter affixit. Et Mater, detestabilis mulier, à cujus nutu pendebat, tale dedit consilium: Fili, si nomen qua- ris aeternum, omnia aedificia, quae ceteri Reges & Principes construxerunt, destrue, & homines, quibus illi peccerunt, occide: Tu enim neque pulchriora poteris aedificia construe- re, quae dudum illi construxerunt, neque pietate, modestia, si- ve clementia, illis parcendo, quos viceris, nomen tibi facere gloriosum. Impia genitricis malo usus consilio Carolus, Rheno transmissis, Moguntiam urbem Clithenanam cum habitatoribus cunctis delevit, incendit, ac funditus destruxit. Deinde Vormaciam, postea Spiram simili furore aggressus, interfectis civibus cunctis, quos reperit, subvertit. Inde movens Trevirorum antiquissimam urbem Cisterellanam obsedit, cepit, & vix paululum à clade Francorum respira- rem destruxit. A Treviris movit ad Metensem, quam cepit, subvertit, cunctis habitatoribus ejus necatis. Inde progressus interiorum Galliam intravit, & post multarum urbium desola- tiones, Arelensem postremò civitatem obsedit, ubi à mi- lire quodam nomine Marcio captus, & vinculis constructus, per omnes civitates, quas devastaverat, est circumductus cum ludibrio, & vitam nimis impiam digna morte finivit. Ex lib. 1. Compendii Ann. Joan. Trithemii.

Ano Dni 513. sub Anastasio Imper. fames & pestis cum nonnulla loca ex eis, quae sunt sita sub Impetio Romanorum, invasissent, multas domos & etiam pagos reddiderunt vacuos H habitatoribus. Cum ergo considerasset communium cura- tores, quinetiam ipse Imperator, quam ratione commune non patereat damnum vectigalium annuorum, decernunt, ut à finitimis, qui attriti fuerant & perierant, ea exigenter. Beatus Sabas tantam provincialium cladem commiseratus, & maxime quod etiam Hierosolymis executionum mandabat, hoc iniquum & tyrannicum decretum, ac edit ad Imperatorem, annuncians rei absurditatem, ostendens pauperum interitum, dicens, commune hinc nihil lucrifacere, sed exte- mo potius damno affici, omnibus, qui gravem illam famem & inopiam effugere poterunt, afflicti ab hac gravi exactio- ne, & quae essent imposterum soluturi, eorum jactura com- mune afficientibus. Deinde fit etiam supplic, & unam ab eo petit gratiam, nempe ut pauperibus injustum illud vectigal remitteret, & duplici exactioe miseros illos non amplius opprimeret. Cum is autem, nempe Anastasius Imperator, & justum esset reveritus, & propter illius viri preces motus esset pudore, & nesciret, quid ageret, & pauperibus vellet praebere immunitatem, à crudeli illo munere abstinuit.

A MARINUS quidam agrestis moribus, qui linguam cohibere non poterat, tunc vero magnam habebat potentiam, agebat autem & ferebat quod volebat levitatem Imperatoris, se in pedes erigens, honestam illam & verè Regiam evertere sententiam, dicens, esse Nestorianos, qui erant in sancta civitate, & tali dono minime dignos. Cum eum autem increpasset beatus Sabas, & jussisset eum cessare delirare bellum excitare adversus Imperatorem, in fine autem illa quoque adjecisset: Nisi te velox propter ea que dixisti subjerit penitentia, peribit memoria tua cum sonitu: Marinus quidem nihilo se evadit melior: non multum intercessit temporis, cum quadam rerum commotio occupasset civitatem, & mora esset popularis seditio, facultates omnes Marini raptæ sunt à seditionis, & domus fuit igne exusta, & parum abiit quin ipse periret: neque verò mortem que imminerebat, potuisset effugere, si non citò ad conversionem apexisset & penitentiam. *Cyrl. in vita Sabæ apud Sur. tom. 6. 5. Dec. & Baron. tom. 6. anno 513.*

LADISLAU Hungarie ac Bohemiam Regem adhuc puerum cum Frider. III. Romano Imp. constantissimus educaret sanguinem sibi conjunctum: non desierunt ex consiliariis, qui puerum clam perdendum Casari persuaderent, cujus mors opes maximas, plurimamque regna allatura esset. At Imperator: Qui sit, inquit, quod me divitem potius, quam pium erga meos esse cupitis: ego sanè divitias non ita amo, ut impius consiliis persuasus, propter eas indignum facinus perpetrare velim. Quo dicto docere voluit, consilium pessimum, cumque crudelitate conjunctum, à principibus rejiciendum esse: nihilque consiliorum persuasione faciendum, quod Principis majestatem lædere, ejusque nomen bonamque famam obscurare apud subditos possit. *En. Syl. l. 3. Comment. de reb. gest. Alph.*

Consulatur Titulus de Consilio. & Consiliariis. Tertium peccatum alienum, consensus nimirum, quo peccatum, quando quod ab aliis nequitur fit, à nobis quasi suffragium accipit, & saltem tacite approbatur.

EX S. SCRIPTURA.

Ita peccarunt cives Hierosolymitani, cum suis magistratibus, quo Christus perderetur, suffragantes, ut idcirco Petrus illis exprobrans dixerit, Auctorem vitæ interfecistis, Principes Sacerdotum & Seniores persuaserunt populo, ut peterent Barabam, Jesum vero perderent. Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabam, & tradidit Jesum flagellis caesum, ut crucifigeretur.

Eodem etiam peccati genere fuit involutus Saulus, in Stephani promartyris necem consentiens, Augustino teste.

Peccarunt & viri ex Judæis plures quadraginta, qui facta etiam voti nuncupatione, in Pauli necem armarunt sese.

EXEMPLA HISTORICA.

Cum adhuc essem juvenculus, atque in laico habitu constitutus, narratà majoribus atque scientibus audivi, quòd Paschasius hujus Apostolica Sedis Diaconus, cujus apud nos rectissimi & luculenti de sancto Spiritu libri extant, miræ sanctitatis vir fuerit, elemosynarum maxime operibus vacans, cultor pauperum & contemptor sui. Sed hic in ea contentione, qua inardescente zelo fidelium, inter Symmachium atque Laurentium facta est, ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit, & omnium pòst unanimitate superatus, in sua tamen sententia usque ad diem sui exitus perstitit, illum amando atque præferendo, quem Episcoporum judicio præesse sibi Ecclesia refutavit. Hic itaque cum temporibus Symmachii Apostolicæ Sedis præsulis esset defunctus, ejus dalmaticam feretro superpositam damnosus tetigit, statimque sanatus est. Post multum verò temporis Germano Capuano Episc. medico pro corporis salute discaverunt, ut in Angulis thermis lavari debuisset. Quiringsensis eadem thermas, prædictum Paschasium diaconum stantem & oblectantem in caloribus invenit. Quo viso vehementer extenuit, & quid illic tantus vir faceret, inquisivit. Cui respondit: Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachium fensit: Sed quæ te, pro me Dñm deprecare, atque in hoc cognosces, quòd exauditus sis, si huc rediens me non inveneris. Qua de re vir Dñi Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies rediit, sed jam dictum Paschasium in loco eodem minime invenit. Quia enim non malitiæ, sed ignorantia errore peccaverat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credendum est, quia ex illa elemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, ut tunc pos-

set promereri veniam, cum jam nihil posset operari. *Greg. E. lib. 4. Dialog. c. 40.*

Ludovico Germaniæ Regi fertur apparuisse in somniis genitor suus Ludovicus Pius, adjurans eum pro nomine S. Trinitatis, ut eriperet eum à tormentis, quibus tenebatur. Ob hoc Ludovic. ad diversa monasteria magnas elemosynas distribuit: unde dabatur intelligi, quòd licet idem Imp. multa Deo & hominibus placita fecisset, plura tamen Deo contraria in regno suo permittit. Inter que graviora videbantur, quòd hæresi Nicolaitarum non restitit, & monita Gabrielis Archangeli duodecim capitulis comprehensa servare non studuit. *Joan. Naucler. Chron. volum. 2. Generat. 29. anno 860.*

Quartum peccatum alienum, hoc est, de motione seu irritatione, quas scientes alium dictis factis, aliave ratione ad peccatum commovemus.

EX S. SCRIPTURA.

Sic peccarunt Chore, Dathan & Abiron, qui insurgentes in Moyse & Aarone, concitarunt populum ad auferendum huic sacerdotium, illi principatum. Propter quod facinus flatim dirupta fuit terra sub pedibus eorum, & aperiens eos suum, eos devoravit cum tabernaculis suis & substantia universa, & ita vivi descenderunt in infernum operi humo, & perierunt de medio multitudinis. *Núm. 16.*

Sic quoque petebat Uxor Job patientissimo viro petulantem insultans, & quantum in se erat, eum irritans & provocans, ut Deo malediceret, quòd ita ab eo derelictus esset, & in tantis miseriis venire permulsum. *Job c. 2.*

Ei Tobias Uxor æque morosa maritum suis convitiis frequenter instigans & exasperans, idem peccatum committit, objiciens illi, quòd per sua elemosynas & pia opera ad paupertatem & angustiam magnam essent redacti. Unde licet Tobias impatientia vitium non incurrit, anxiositatem domesticam injuriarum suspiriis, lacrymis, & precibus ad Deum fusis levare coactus fuit. *Tab. 2. & 3.*

EXEMPLA HISTORICA.

Cum die Dominicæ Natalis forte intrat epulas Thomæ Cantuariensis mentio incidisset, Henric. Anglorum Rex prorupit in hæc verba: Si Rex animosus aliquos, sibi que obsequentes haberet viros, Thomam impium non relinqueret: iisque ex verbis parricidæ nefarii sceleris rapuerunt occasione necandi sanctum virum, 4. Cal. Januariæ, in templo Cantuariensi. D. Benedicti, anno Domini millesimo centesimo septuagesimo primo. *Jac. Meyer. lib. 6. Annal. Fland. 1171.*

SEISMUNDI Rex, Gundobaldi filius, perdita priore conjuge filia Theodorici Regis Italici, de qua filium habebat nomine Sygriticum, aliam duxit uxorem: qua validè contra filium ejus, sicut novercarum mos est, malignari ac scandalizari cepit. Unde factum est, ut una sole mnitatum die, cum puer super eam vestimenta matris agnosceret, commotus felle diceret ad eam: Non enim eras digna, ut hæc indumentua tua terga contingerent, quæ domina tuæ, id est, matris meæ, fuisse noscuntur. At illa furore succensa, insigat verbis dolosis virum suum, dicens: Hic iniquus regnum tuum possidere desiderat, teque interfecto, id usque in Italiam dilatate disponit, scilicet ut regnum, quod avus ejus Theodorici Italia tenuit, & iste possideat. Scit enim, quòd te vivente hæc non potest adimplere, & nisi tu cadas, ille non superget. His & hujusmodi ille incitatus verbis, uxoris inique consilio utens, iniquus exitu ita parricidæ: nam sopitum vino post mediam dormitæ filium jubet: cui dormientis sorum sub collo positum, ac sub meo ligatum, trahentibus ad se invicem duobus pueris, suffocatus est. Quo factò, pater fero jam penitentiam super eadem examine ruens, flere cepit amarissime. Ad quem rex sic dixisse fertur: Te, inquit, plange amodo, qui per contumeliam nequam factus es parricidæ levissimus: nam hunc, qui innocens jugulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanctos Agavenes ab eis, per multos dies in fleru & jejuniis durans veniam precabatur, platerium ibi assiduum cæctum instituit, Lugdunsi regressus est ultione divina de castigo eum prosequente. *Greg. T. reron. lib. 3. hist. Franc. c. 5.*

Quinto modo alienum peccatum committitur, cum aliquem in malefactis vel de improbitate commendamus, vel tanquam re bene gesta, calcare addimus male currenti, ut ille in proximo insinuat pergat.

A **EX S. SCRIPTURA.**
Duo Latrones, qui filium Saul Iosobeth occiderunt, & caput David atrulerunt, placere crediderunt; sed David bene ostendit, quòd sibi duplicitur. *2. Reg. 4.*

Post obitum Joiazæ sacerdotis, Principes Juda adoraverunt Regem. Qui delinuit obsequio corum, acquievit eis, & dereliquit templum Domini, servieruntque lucis & sculptilibus. *2. Paralip. 4.*

Utriusque Pontifex Hicetolymitanus, Achaz Regis Judæorum justitiam Domini aneam loco movit, & ad Damascenorum exemplar aliam extruxit, in qua hostias adolevit, plus gratiæ Regis, quam timori Domini tribuens. *4. Reg. 16.*

Pharisei abeuntes consilium inierunt, ut Jesum in sermone caperent, mittuntque discipulos suos cum vedgialium collectoribus (quos Herodianos, quasi Herodi subjectos, Mattheus nominat) qui eum hoc verborum lenocinio demulcerent: Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum, &c. Ad quæ Dominus, cui nihil occultum, cognita eorum nequitia, ait: Quid me tentatis hypocrite? q. d. Cur vestra hypocritis sollicitatis me ut vobis placencia loquar? vero accommodatoque nomine adulationem, hypocritam appellat: cum per illam ea facere delectet, in quibus non solum non metuit reprehensor, sed etiam laudator operator.

HISTORICA.

Cæsareæ ludis pro Augusto celebrandis cum vacaret, die quodam in theatrum processit Herodes amicum veste tunc argento mirabili contexta, quæ radiis exorientis solis percussa, spectantibus horrorem venerationis mixtum incuteret: mox adulatores acclamantes Deum consultabant, rogantes, ut favere propitius: hactenus enim ut hominem reveritos, nunc agnoscere & fateri in eum quiddam natura mortali sublimis. Quam impiam adulationem cum nec castigasset, nec repulisset, divinam sensit vindictam, & cum gravissimis doloribus cruciaretur, conversis in amicos adulatores oculis: In ego ille, inquit, vestra appellatione Deum vitam relinquere jubeor, fatali necessitate vestrum arguent mendacium: & quem immortale salutatis, ad mortem rapiot. *Ioseph. lib. 19. Antiq. cap. 7.*

C CAROLUS VIII. Gallorum Rex, pridè quàm è vivis decederet, Bernardum cubicularium, qui ipsi lavandis manibus frigidam ministrabat, interrogavit, Qui sit, inquit, Bernardus, quòd tam pauci Reges Sanctorum numero adferbantur? Cubiculario modestæ causa subterfenti Rex ait: Causa, inquit, est, quia paucos penes se habent, qui ipsi verum dicant. *Ex Annal. Franc.*

Anno ab urbe condita 752. Cæsar Augustus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani circum, cunctis gentibus una pace compositus, Jani portas serio ipse tunc clausit. Quas ex eo per duodecim fere annos quietissimo semper obleratas otio, ipsa etiam rubigo consignavit: nec prius unquam nisi fuit extrema senectute Augusti pulsata: Atheniensem seditione & Dacorum commotione patuerunt. Clausus igitur Jani portis: temp. quàm bello quæsierat, pace enutrire atque amplificare studens, leges quatvis statuit, per quæ humanum genus libera reverentia disciplinæ morem gereret. Domini appellationem ut homo declinavit. Nam cum eodem spectante ludos, pronunciatum esset à quodam mimo, O Dominum æquum & Dyonium! univertique, quasi de ipso dictum esset, exultantes approbavissent, statim quidem manu vultuque indecoras adulationes repressit, & in sequenti die gravissimo corripuit edicto, Dominumque, si post hæc appellari ne à liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco passus est: igitur eo tempore, id est eo anno, quo firmissimam vestramque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, natus est Christus: cujus adventu pax ista famulata est, in cujus ortu audientibus hominibus exultantes Angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eodemque tempore hic, ad quem rerum omnium summa concesserat, Dominum se hominum appellari non passus est, imò non ausus, quòd verus Dominus totius generis humani inter homines divinus est. *P. Orosius lib. 6. c. 22.*

ANTONIUS quipiam Ordinis Minorum professor eximius, & vitæ etiam ac morum integritate omnibus admirandus, publicis fere peccatioribus. Vni Francisci de Paula dicta factaque carpebat, & populum interim admonerat, ne se ab homine simplice, rudi, ac literarum ignaro in errorem abducipateretur, præsertim in eo quòd solis herbis agrorum fani-

tatem promittebat. Hæc cum animo confidenti frequenter ad populum peroraret, fratres alii eum hortati sunt, ut coram beato virum de prædictis argueret, & salutarius monitis de tanta temeritate ad saniorum mentem revocaret. Qui sanè abijt, & virum sanctum acriter increpitum contumelias insuper affecit; monuitque, ne deinceps sua ruditate & stulticia plebem à veritate in tantam inscitiam, atque ad eam in fraudem abduceret. At vir factus, cum hæc, aliaque insigni patientiæ documento perulisset hilari animo, loco appropinquans, ardentes nudis manibus tiones arripuit, eosque stricte comprimens, ostendit, omnia Dei virtute fieri posse. Quo miraculo stupore propemodum oppressus Antonius, ad ejus sese pedes abjecit, atque erroris sui veniam humiliter postulavit, nec prius surgere præsumpsit, quam tanti viri benedictione potiretur. *Ex Bull. Canon. S. Fr. de Paul. per Leon. X. an. 1597. apud Sur. Apr. 2.*

Septimum peccatum alienum, conviventia scilicet, sive indulgentia, qua alienis peccatis implicamur: & sit, quoribus id, quod facultate vel auctoritate nostra emendari videri carique potest, & debet, nos tamen impunitum & in pejus abire sinimus.

EX S. SCRIPTURA.

Hoc modo à Rege Saul peccatum fuit, cum adversus Dei mandatum clementior esset, ac parceret Amalechitis Dei hostibus: nam Agag ipsorum Regem virum cepit, omne autem vulgus occidit in ore gladii: Regi verò Agag pepercit, & optimis gregibus ovium & armentorum, & vestibus & arietibus, & universis, quæ pulchra erant, quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt, contra mandatum Domini. *1. Reg. 15.*

ADONIAS filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi currus & equites, quinquaginta viros, qui curerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens: Quare hoc fecisti? &c. *3. Reg. 1.*

Peccatum idem ab Achab Rege admissum est, quando Benadad Regem Syriæ in gratiam recepit; unde nec severam ita comminantis Prophetæ sententiam effugit: Hæc dicit Dominus: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. *3. Reg. 20.*

Participatio criminis, octavum peccatum alienum, quòd fit, quando participamus de lucro iniquo, quòd alius contraxit.

HISTORICA.

Sic Balthasar Rex fecit grande convivium optimatibus suis mille: & uniusquisque secundum suam bibebat artem. Præcepit ergo jam temulentus, ut afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportaverat Nabuchodonosor pater ejus de templo, quòd fuit in Hierusalem: ut biberent in eis Rex & optimates ejus, uxores & concubinae illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis, scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulae regis: & Rex aspicebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes ejus conturbabant eum, compages tenus ejus solvabantur, & genua ejus ad invicem collidebantur. Exclamavit itaque rex fortiter, ut introduceret Magos &c. Et paulò post: Ad quæ respondens Daniel ait coram rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem tibi Rex, & interpretationem ejus ostendam tibi. Quando elevatum est cor Nabuchodonosor patris tui, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria ejus ablata est, & à filiis hominum ejectus est; sed & cor ejus cum bestis positum est, & cum onagri erat habitatio ejus: solum quoque ut bos comederat, & rore celi corpus ejus infectum est, donec cognosceret, quòd potestatem haberet Altissimus in regno hominum, & quemcunque voluerit, succubabit super illud. Tu quoque F. ejus Balthasar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia: sed adversum Dominatorem celi elevatus es: & vasa domus ejus allata sunt coram te, & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinae tuæ, vinum bibistis in eis: Deos quoque argenteos, & aureos, ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident,

A dem, neque audiant, neque sentiunt, laudasti, porro Deum, qui habet Arcum tuum in manu sua, & omnes vias, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. Hæc est autem scriptura, quæ digesta est: Mane Thecel Phares. Et hæc est interpretatio sermonis: Mane numeravit Deus regnum tuum, & complerit illud: Thecel: appensus es in flatera, & inventus est minus habes: Phares: divisus est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Eadem nocte interfecit est Balthasar Rex Chaldaus: & Darius Medus successit in regno, annos natus sexaginta duos.

Nonum peccatum alienum, criminis nempe alterius defensione, quod committimus, cum aut malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam alterius, quamvis perverfam & impiam, tuemur vel spargimus: cum nostra itidem cura vel opera, quod contra fas & æquum instituitur, promovere acque propugnare contendimus.

HISTORICA.

Cum Theodosius Imp. Constantinopoli abesset in Occidente, Judæi conciliati & annuente Honorato urbis præfeco (nam paganus erat) magnificam in foro arario synagogam extruunt. Sed urbana multitudo ea re irritata, præfeco maledixit; illo maledicta negligente, synagogam igne infecto cremat. Præfeco rem ad Imperatorem scribit, qui eam audaciter penam statuit, ut sumptus synagogæ perliverent, eamque Judæis instaurare liceret. Hoc magnus Ambrosius cognito, cum quodam Dominico festo Imperator Mediolanensem Ecclesiam ingrederetur, sic exoritur: Cur Imperator, eum, qui te ex privato Regem fecit, suo grege commisso, qui caput tuum prius squalidum diademate exornavit, tu contumelias afficis, eos, à quibus ille rejicitur, iis præferendo, à quibus colitur, vi etiam illata, ut in media urbe, in qua Christus colitur, & crux adoratur, synagogam Christi interfectioribus ædificent? Ea reprehensione verecundatus Imperator, Nunquid, inquit, Episcopo in republica bene constituta plebi concedenda est quidvis temere & impudenter audendi licentia? At ne illud quidem, inquit D. Ambrosius, concedendum est, ut Judæi in medio Christianæ urbis synagogas habeant, & blasphemis precibus piorum aures obtundant. Ne verò istud decreveris, sanctissime Imperator. Hislenitus Theodosius, Byzantiis remittit multam, & Judæos intra urbem regiam habere synagogam vetuit. Joan. Zonar. Annal. tom. 3. D. Ambr. lib. 5. epist. 29. ad Theod.

Hæc etiam peccati labe conspersus fuit Bruno Andegavensis Episcopus. Cum enim Bersingari Turonensis Andegavensis Archiepiscopi error de veritate corporis Christi in Sacramento Eucharistia negata, à Roberto Rege damnatus, ut nedum asseri, sed ne audiri eo vivente permittitur: eo jam defuncto, liberiùs absque obice hæresim promulgare acque firmate ausus est, antinente Brunone Andegavensi Episcopo, quem in eandem vesaniam, aucta erroris propagine, non solum decipiendo perduxerat, sed & propugnato rem acerrimum constituerat. Cum verò nefanda blasphemiam rumor jam Gallias impleisset universas, necnon Germanias perstraxisset, Henricus Franc. Rex Christianissimus, Roberti parentis ut regi ita & pietatis heres, ejus exemplum ad condemnandum errorem, proscribandam hæresim, penitusque obtruendam, ut nullatenus amplius audiretur, occupus exstiterit, quamvis civili bello teneretur jugiter occupatus; probrè sciens, tunc reddi sibi Deum propitium ad debellandos insectos hostes, cum emergentes hæreses comprimuntur, & regia potestate, ne vel mutire audeant, continuo strangulantur: reddique tunc pacificum, atque divini protectione securum regnum, cum Rex sollicitè curat ejus Ecclesiam ab omni proflus hæresis labe impollutam integramque servare. Quamobrem paterno exactuans zelo, impiger ad conciliandum monstrum ab inferis portis nuper emeritum, & magna omnium admiratione, sed majore detestatione auditum, regia tuba milites convocat, cum vide licet totius regni Episcopos ad Concilium vocat.

Villelmus Trajectensis Episcopus. causam Henrici Regis F. Imperatoris Henrici, qui contra Ecclesiam inaudita superbia insurrexerat, contra bonum & æquum obstinatè tuebatur, & studio partium Regis, multa in injuriam Romani Pontificis, omnibus penè diebus solemnibus, inter Missarum solemnina rabido ore clamabat, perjurum eum, adulter-

tum & pseudoapostolum appellans, & tam à se, quam à cæteris Episcopis sæpenumero excommunicatum pronuntians. Is brevi posteaquam Rex exactus Paschalis feris Trajecto disceserat, repentè gravissima agitudine correptus est: cumque per acerrimos cruciatibus animæ & corporis urgeretur, miserabili ejulatu coram omnibus qui aderant, vociferabatur: Justo Dei judicio se & præsentem vitam amisisse, & æternam, quod Regi ad omnia, quæ perperam intendisset, operam suam summo æmulo tribuisse, atque in spem gratiæ ejus, Romano Pontifici sanctissimo & Apostolicarum virtutum viro graves contumelias sciens & prudens innocenti irrogasset. In hæc vocem (ut afferunt) sine communiione, sine ulla satisfactione expiravit. De eodem Villelmo sic Languis ex Annalibus Ecclesiæ Magdeburgensis Villelmi Episcopi. Trajectensis, fautor Henrici Ecclesiarum tyranni. Hic, cum præfatus Rex esset Trajecti, & excommunicatio Regis à Romano Pontif. facta præsentata fuisset, Rex ipse excommunicationem Papæ consilio Episcopi vilipendebat. Episcopus quoque idem præfatus, timens ne si populus hoc audisset, à Rege sicut ab excommunicato discederet, inter Missas sermonem faciens ad populum, de risorie, quod Rex excommunicatus esset, indicavit. Sed hæc excommunicationem nihil valere, quibus poterat verbis, utpote facundis homo, confirmabat. Sed quantum valeret in semetipso coactus est cognoscere, si liceret ei penetrando à superbia resillire. Nam in ipso loco, in quo Rom. Pontif. derogabat, ipse mala veritatem corripuit, in qua usque ad miserandum vitam tetentum detinetur. Itaque morbo magis ac magis ingravescente, dum quidam homo Regis cum rogaret, ut se cum ipso mandaret remitteret ad Regem; Hoc, inquit, mitro ei mandatur. Quid ipse & ego omnes iniquitatis ejus faventes, sumus damnati in perpetuum. Cumque à suis qui aderant clericis, ne talia loqueretur, esset admonitus: Quid aliud, inquit, loquor, nisi quod verum esse visibiliter intuo? Ecce enim domos lectum meum circumstant, quarencis me, mox ut expiravero, capiant. Itaque cum furore & corpore eductus, rogo vos, & omnes fideles ne se fatigent pro me faciendo supplicationes. Hic igitur in desperatione defunctus, diu jacebat insensibilis, donec Romam mittitur, & inde quæsito consilio, ne populus corrumperetur factore, Apostolico jussu sine commendationibus sepelitur. Et ita alii complures Henrici fautores malè interiere. Udo Treverensis Archiepiscopi repentina morte obijt, Burchardus Miensis præfatus ex equo cadens expiravit. Sic & Godofredus Dux hostis Saxonie percussus sine confessione periit. Ita & Eppo Episcopus noster magnus Henrici fautor & assessor mala morte vitam clausit, de qua in prædictis Chronicis Magdeburg. ita ad verbum scribitur: Eppo Citzenis Episcopus, dum in Episcopatu S. Chilianum quandam Rivum forte sedens in equo transiret, quem quilibet pedes sine periculo transire possent, ubi nec timor ullus fuit, equo cadente moriens sic interijt, sic S. Chiliano disponente, ut qui ejus rebus violentus incubuerat, vinumque illius sæpè injustè biberat, aquam quoque suam jussu bibendo, dum suffocatus scilicet obijt, ultra merum non querat. Et quia nobis irreconciliabilis permansit, Deo irreconciliatus ab hac vita migravit. Ex Lamberto Schaffnaburg. Baron. tom. 11. anno 1076.

Ex aliis locis plurà hæc accommodari poterunt, puta ex tit. de Consilio, Conviventia, Indulgentia parentum, magistrorum, Defensione, Irritatione, Consensu, Aliisque eo pertinentibus.

* ALIENIGENA, QUI ET EXTRANEUS APUD JUDEOS VETERES, QUIS.

ALIENIGENA tripliciter sumitur apud Judæos. Primò dicitur is, qui non est de genere Judæorum; estque hæc magis usitata usurpatio hujus vocis. Secundo, qui non est de stirpe Levi, ita dicitur Num. cap. 18. vers. 4. Alienigena non miscbitur vobis: veterat quippe, ne ullus qui non est de genere Levi, se immisceat ministracionibus religiis, quas Levitæ faciabant circa tabernaculum.

Tertio, qui non erant de stirpe Aaron, quomodo accipitur in Levitico cap. 22. quando veterat alienigena non possit comedere carnes Deo oblatas, illas scilicet, quæ cedebant in jus Sacerdotum. Nam ex hostia pacifica, quæ magna ex parte cedebat offerenti, laici quilibet cum eo comedere poterant.

Communia vetita cum alienigenis. Vide in loco de Abominacione.

Ali-

Alimentum.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ALIMENTUM, τροφή Græcè, à τροφω, id est, alo, quod idem est quod nutritio; & significat omne id quod ad vitæ sustentationem est necessarium. Scribunt Juriconsulsi, Alimentis legis, cibaria & vestitus & habitatio debetur, quia sine his ali corpus non potest: hinc & decreta Pontificum interpretantur alimoniam, victum necessarium. 62. q. 2.

ALIMENTORUM ACQUISITIO.

Per quos. Alimenta subministrata à Deo, Angelis.

ISRAELITÆ, cum in solitudinem inter Elim & Sina pervenissent, optabant se in Ægypto adhuc carnis carum affidere. Dominus ergo eis communicans dedit, item & rorem caelestem, qui manū humi partus jacebat, ad similitudinem seminis coriandri, albus, gustu placenterum, quæ ex melle conficiuntur. Eam cum manè conspersissent Israelitæ, inter se dicebant, Manhu, quid est hoc? Er ex eo appellatum Mannæ obtinuit. Colligebant autem in singula capita quotidie gomerem unum: neque ei, qui plus collegerat, supererat; neque ei, qui minus, deerat. Quod si quis partem in crastinum reservaret, id enatis verbibus corrumpebatur. At 6. die duplicem victum colligebant, duos videlicet gomeres in singulos, ut etiam pro septimo die, Sabbathi scilicet, haberent, ut iussu Domini; neque id quod reservabatur, corrumpebatur. Coquebant autem & elixabant rorem hunc. Hac manna per 40. annos in deserto fuit usi Israelitæ. Præcepit autem Dominus Aaroni, ut gomeris mensuram manna in phialam immitteret, idque in arca fœderis ad posterum custodiendum reponeret: non obfcura salutatis illius panis, qui de caelo descendit, significatione. Exod. 16. Ad posteaquam trajecterunt Jordanem duce Josue, & Galgalis Pascha celebrarunt, postlicet Paschæ de terra frugibus comederunt, ac postlicet ejus diei, quo terræ fruges gustarunt, manna desinit: coque anno Chanaanæ proventus fuit usi. Jos. 5.

DANIEL Prophetæ propter destructa Babyloniorum idola in spelunca leonum dejectus, ab Habacuc per medium aerem à Judæa vecho cibum accepit. Dan. 14.

LUPUS Senonum Archiepiscopus, cum secum cœnantibus vinum deesset, sperare omnes in Domino jussit, nec metueret sibi quod sperasset desursum. Vix dum sermonem finiret, cum nunciatum est, cados vini plenos ante januam stare ipso qui attulerat incognito atque incerto. Neque inter convivantes dubitatum est, quin à Deo missi fuissent. Mar. lib. 4. c. 2.

Cum Caroli Magni Exercitus in bello Saxonico siti tridiana laboraret, & à destruendo sano Hermanfsul desistere ob aquæ penuriam cogitaret, Deus per torrentem quandam prope montem subitò aquas largiit. cfsidit, ad recreationem militum: anno 772. Sigebertus, & Regino lib. 2. Adon. etate 6. Adem. lib. 4. Annal. Annales Franc. Amittin. lib. 4. c. 64.

Demonibus.

EPIMENIDES Cretensis à nymphis cibum accipere solitus erat, eumque intra bovis ungulam conditum servans, paulatim inde fumebat, adeò ut à nullo hominum unquam vel edere, vel fæces per alvum egere visus sit. Laert. ex Demetrio.

Quadrupedibus.

Consule tit. In vitâ conservati: quatenus alimentis subjectione & subministracione a feris sustentatur.

Ferunt, Jovem educatum fuisse à capra, à cuius nomine dictus est Agriogena. Politianus in Neustria.

Creteæ ferus in Ida

Capra Jovem puerum fides aluisse papillis. POLYPHEMUS Cyclops nutritus est à lupa. Syllius lib. 14. Aetneo Polyphemus erat miris in antro, Atque inde antiqua nomen feritatis amabat, Vbera præberat parvo lupæ.

Pelliam Neptuni & Tirus filium, ab equa: sed & Alopes Priami filium Alexandrum, ferunt à vulpe (ali ab uria) educatum: Egistum verò Thyreæ & Pelopie filium, à capra, unde & nomen habuit. Alian. lib. 12. de Variâ hist.

Ægidius Abbas ad Rhodani ostia latebram sibi eligens, triennio nulli cognitus, cervæ lac præbente nutritus est; postea inventus, atque inde educatus, præfesse monachis cepit. Marul. lib. 4. cap. 7.

Avibus.

Helia post xl. dierum jejuniū corvus panem divinitus attulit.

PAULUS I. Eremita speluncam habens in inferiore Thebaidæ, Ægypti eremo, palmatum fructus ab initio cistavit. Deinde dimidiatum panem quotidie illi corvus ministravit. Quam autem eò venisset Antonius, ut Paulum ipsum videret, corvus integrum attulit panem, & propter novum hospitem cibum duplicavit. D. Hieron. in ejus vita.

ERASMUS Episcopus, Diocletiani persecutionem fugiens, in monte Libano à corvis pascitur, ab angelis visitatur, feræ etiam sylvestres posita ferocitate illi blandiuntur. Marul. lib. 4. cap. 2.

BLASIUUS Sebasta Episcopus. cum Diocletiano Ecclesiam vastante ad desertâ sine viatico declinasset, aves aluerunt, donec inventus in Christi confessione vitam finivit. Idem. In festis.

MENNA Samnitum provinciæ solitario (ut Gregorius tradit) pauculatantum apum alvearia victum suppeditabat. Quæ cum Longobardus quidam latro rapuisset, à diabolo obfessus fuit, donec cum suis precibus Menna liberavit. Marul. lib. 1. cap. 8. ex Greg. Dial. lib. 4.

Regibus.

Ajunt Agamemnonem & circa Aulidem, & passim in omni Græciâ puteos effodisse, ne per æstum aquatum inopia laborari posset: sic ut in proverb. abierint & aqua vitæ operata de operibus novis & utilibus. Zenodatus.

Libris.

Consule tit. Fidei Laborum erga parentes. Presbyteris.

Benedicto Abbati, cum in laxa rupis spelunca olim clauso panis defecisset, presbyter quidam divinitus monitus prædiolum suum attulit, & quoniam tunc solemnitas Paschæ dies erat, secum cibum liberius capere hortatus est. Deo gratias dedit Benedictus, tum quod sibi de victu in tempore prosperasset, tum quod sacerdotem suum sibi in solitudine videntis obtulisset: talique lætus hospite, gratanter ea, quæ allata erant, una cum illo comedit. Marul. ex Greg. l. 2. Dial. c. 2.

QUOMODO. PUTA LABORE, Mechanico.

Consule locum Mechanicarum arrium.

ANTIQUITUS ante repertam agriculturalionem, agri spinis infrugiferis occupabantur, mortalesque duram quandam & agrestem agebant vitam. Deinde ostensa ratione colendi terram, mitior victus successit. Atque hinc dicitur proverbio, Non enim spinæ. Erasmus in Adag. Senis agricola, Filios ad agri cultum exhortantis, apud Horatium versus extant: digni quos suo quisque vitæ generi, quod divinitus nactus est, accommodet. Proite contenti casulis & collibus istis. O Pueri, Marsus dicebat & Hernicus olim Vestimusque senex: panem queramus aratro. Literario.

ISOCRATES Atheniensis rhetor stupè à discipulis lacrymans accipiebat, quod artem liberalem, ob corporis necessitatem, veluti prostituere cogetur. Quandoquidem pretium est artis non velamentum tantum, sed & honestamentum.

Fossione.

Quia nec amnes perennes, neque lacus, neque fontes abundè suppeditant aquam regioni Atticæ, verum puteis manufactis utuntur ferè: legem scripsit Solon, ubi puteus publicus intra Hippicum esset, eo uti esset jus (Hippicum spatium quatuor stadiorum erat) at privatam aquam perveffigarent, ubi majus interveniret intervallum. Quod si fossa decem passus in altum depreffa, aquam in suo non invenissent, tunc ut fumerent à vicino, & sex congiurum hydrium bis die implemēt. Inopiæ enim subveniendum, non altendam existimabat ignaviâ. Plur. in Solone. Coli moverique terram, callumque summæ cutis solvi, aquarum interest. Proditur certè, in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Atreada, cessasse fontes, amneque qui in eo siti multi erant. Rursus condidit, post sex annos emerit, uti quæque cœssissent partes coli. Plin. lib. 13. c. 4.

Precibus.

Ex tit. Preces exaudite, quadam bene transferri possunt.

Dion scribit, adversus Quados bellum à M. Antonio Philosopho gestum: in quo quam siti ac æstu præcipue confictarentur Romani, hostium multitudine circumsepti, nec ullum omnino effugium pateret, repentè caelitus aqua vis magna est præ-